



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Sexagesimum primum. Visus cuidam restituitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Caput Sexagesimum.

A

*De Muliere ab angina liberata.*Morbida
curatur.

MVLIER quædam pauperula morbo vigente, è Turingia venit in Giuelsberg, non sine multa difficultate. Laborabat illa angina, toto anno lusca fuit, sinistra manus exaruerat, pedem podagra infestabat. Tot oppressa malis, prosternit se in loco, vbi occubuit martyr, orat cum lachrymis: non tamen impetrat sanitatem, sed spe impetrandi non destituitur. Redit post menses duos, & perfectè curatur. Gratitude ergò promittit annum censum martyri ENGELBERTO.

B

Notatio ad Caput Sexagesimum.

Eisenacū.

MANUSCRIPTUS Patriam huius mulieris nuncupat Eifennacke, quod oppidum est veteris Saxonie, Anno Christi 1073. ædificatum; vbi sub annum 1149. Adelheidis Landgrauia monasterio à se in S. Nicolai honorem extructo, prima omnium fuit præfecta. Sub annum verò 1188. ibidem Landgravius Ludovicus mitis visendum B. Georgio templum erexit; quæ vetusta Religionis nostræ monumenta hodiernæ hæreticorum factiones conspurcant.



C

Caput Sexagesimum primum.

D

*Visus cuidam restituitur.*Cæcus vi-
det.

QVO tempore euersum est castrum Comitis Friderici, qui fuit author cædis Episcopi, cuiusdam etiam mechanici domus, quæ iuxta erat, destructa est, & facultates omnes ei ereptæ. Quæ res ad eum doluit, vt plorando oculos amiserit. Sexto cæcitatibus mense votum nuncupat B. ENGELBERTO, duosque oculos cereos secum ferens ad locum martyrij, vnius oculi sui lumen recipit.

Nota-